



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1709. usque ad annum 1714

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1782**

**VD18 90119266**

§. 105. Ultrajectensis Congressus pro pace ineunda.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67615](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67615)

Sæc. XVIII.  
A. C. 1712.

## §. CV.

*Ultrajectensis Congressus pro pace  
ineunda.*

Quanto ardentiore studio Eugenius Princeps Londini bellum contra Gallo-Hispanos continuari postulabat, tanto impensius Anna Angliae Regina ejusque Ministri pacem invitit etiam Batavis, ceterisque foederatis urgebant, cumque eorum proposito Marleburgum Ducem potentius obstarere cernerent, eum intentata lite omnibus belli officiis & suprema armorum Præfectura exui curarunt, ac foederatos præcipue Batavos malæ fidei, reique in Hispania & Lusitania remissius actæ insimularunt. Insuperhabitis Batavorum vindiciis Ultrajecti, quæ Urbs pro stabilienda pace designabatur, die vigesima nona Januarii primo congressui datur initium: Aderant tum nonnisi Galli, Angli, & Batavi Oratores, quos inter Galli die undecima Februarii quasdam proponebant pacis conditiones, quæ tamen ab ipsis Anglis rejectæ fuerunt. Die quinta Martii omnium ferme Europæ Principum Ministri Ultrajectum convenere, quorum singuli suas petitiones communi paciscentium afferensi corroborari ambiebant, & qui-

Ff 4 dem

Sæc. XVIII. dem Imperator sibi, & Lothariogie  
A. C. 1712. Duci, quicquid Rex Galliæ vel per pri-  
ores pacificationes, vel per arma oco-  
passet, restitui petebat. Imperii vero  
Ordines, Trevirensis Elector, Episco-  
pus Monasteriensis & Dux Wirtenber-  
gicus damna illata resarciri, & loca i  
Gallis occupata reddi postulabant;  
Angliæ Regina se pro legitima Reginæ  
excluso Stuarto, agnosci, Hannover-  
num in Successorem admitti, Dun-  
ckerkæ munimenta destrui obtendebat,  
ac demum unacum Hasso - Casselano  
Landgravio instabat, ut Articulus IV.  
Pacis Rysvicensis pro abolito habere-  
tur: Borussiæ vero Rex Regis titulum,  
quem sibi met ipsi tribuit, a Galliarum  
Rege deferri, Calvinistis e Gallia pro-  
fugis bona restitui, & ibidem adhuc  
existentibus sectæ libertatem reddi po-  
stulabat; Sabaudus denique extinta  
Domo Austriaca successionem, occupa-  
torum restitutionem, aliquot Delphina-  
tus propugnacula, & vi fœderis cum  
Leopoldo Cæsare initi Mediolanensis  
Ducatus partem petebat: Nomine Lu-  
sitani Regis postulabatur, ut Hispania  
Cæsari, & Lusitano quædam Regiones  
in America Meridionali cederentur.  
Batavi demum petebant, ut Galli Bel-  
gium Cæsari, Calvinistis Religionis li-  
bertatem, & bonorum ad Wilhel-  
mum

mum III. Angliae Regem pertinentium sæc. XVIII.  
administrationem unacum Gallorum A.C. 1712.  
urbibus hucusque possellis affererent.  
Nemo autem operiosius, quicquid re-  
ligioni Catholice posset obesse, præ-  
vertere, aut illius augmentum in hac  
pace promovere fatagebat, quam Cle-  
mens Pontifex; cum enim ejus Nun-  
tius non admitteretur, Carolum Im-  
peratorem, Galliae, Lusitaniæ & Polo-  
niæ Reges, Saxo-Citensem, necnon  
Lambergium Cardinales, cunctos Ca-  
tholicos Electores, Principem Euge-  
nium, Monasteriensem, Augustanum,  
& Herbiolensem Episcopos, Fulden-  
sem & Corbeiensem Abbates, necnon  
Venetos datis die nona Aprilis literis  
urgebat, ut sua auctoritate, & ope  
Acatholicorum Principum conatus fran-  
gerent, qui in Ultrajectensi hoc Con-  
ventu Risiensem clausulam abrogare  
niterentur: idem rursus Pontifex a Cæ-  
sare die quarta Junii petebat, & die  
vigesima quinta ejusdem Mensis P. Mi-  
chaelem Tellierum sollicitabat, ut Lu-  
dovicum XIV. Franciae Regem, ejus-  
que Administros excitet, quatenus  
hisce Acatholicorum molitionibus ea  
obstat constantia, ut nullum sanctæ  
religioni ejusque Cultoribus detrimen-  
tum in hujusmodi tractationibus fera-  
tur, pariter die septima Januarii anno

Ff 5

se-

Sæc. XVIII. sequenti datis literis Pontifex eidem  
A. C. 1712. Franciæ Regi præfati articuli tutelam  
enixe commendabat: cum vero eidem  
nuntiatum esset, quod Fœderati Rhei  
articulum, vi cuius Hæreticis nullo  
unquam tempore, suæ sectæ exerci-  
tium in Rhetia permittebatur, abrogari  
conentur, hinc Comitem de Sinzen-  
dorff Cæsareum, & Melchiorem de  
Polignac Gallicum Oratores die vigilia  
ma tertia Aprilis sollicitabat, ut haec  
hæreticorum consilia in Ultrajectensi  
conventu evertere nitantur. Infuper,  
nequid Catholica fides ex hæretico-  
rum conatibus detrimenti caperet, Do-  
minicum Passioneum ingenio, magis  
nimitate & eruditione præstantem U-  
trajectum ablegavit. Interim vero ab  
armis cessatum non est; quamvis e-  
nim Ormundus Anglii exercitus Do-  
ctor eo tempore, quo in Belgio oppor-  
tuna sese prælia occasio offerebat, i  
Fœderatis secederet, caussatus, sine  
novo Anglicæ Reginæ mandato armis  
contendere, sibi haud licitum esse, ni  
hilominus Princeps Eugenius cum suis  
& Germanis copiis, quæ subsidiis præ-  
fatæ Reginæ merebant, Quercetum  
obsedit, & die quarta Julii ditione  
cepit, promotisque inde castris Land-  
recium cingere statuit, ast a Villario  
Franciæ Marescallo Denantii inopino

impetu obrutus, & annona omniq[ue] Sæc. XVIII.  
 bellico ad obsidionem apparatu post A. C. 1712.  
 Marchiunam a Gallis expugnatam, spoliatus obsidionem solvere coactus est.  
 Insuper etiam Galli Duacum die sexta Septembbris, & Querectum die quarta Octobris, ac denique Buchanium die trigesima ejusdem Mensis recuperarunt & Angli Gallis juncti Gandavum & Brugas interceperunt. Postquam vero Angli a Cæsareis partibus defecerant, & Philippus V. abdicato jure in Gallicam coronam, & Bavariæ Electori Belgium Catholicum cesserat, Galli & Hispani cum Lusitanis quadrimestrem armorum cessationem sanxerunt, proin Cæsarei bellicam hujus anni expeditionem in glorio prorsus successu absolvere coacti sunt.

### §. CVI.

*Hannibal Albanus Papæ Nepos Romana Purpura decoratus.*

Jam anno priori Pontifex, suum ex Fratre Nepotem Hannibalem Albanum die vigesima tertia Decembris Cardinalem creaverat. Hic nullatenus fanguinis prærogativa, sed meritorum suffragio Romanam Purpuram emerat; per plures enim annos in gravissimis Ecclesiæ negotiis apud Cæsarem & præcipuos

